m

, cum

re, & Corpus

ns, cum

Evang

In Festo Epiph.

com.

sequ.

com.

27 Sabb

~~[illegible]~~

10 // 15 c, / 15 –
10
50
50

Ausgenommen
und nicht fort-
gehalten

REMŒDIUM

Ad

ÆTERNAM SALUTEM,

INTRA MAIJ FERIAS

à Fatis

Clarissimo olim, Nobili ac Spectabili Domino,

D. M. JOANNI SŁOWAKOWICZ,

Philosophiæ & Medicinæ DOCTORI, & Professori, CONSULI Cracoviensi, S. R. M. SECRETARIO.

PRÆSCRIPTUM,

& dum ei

Justa Parentalia,

In Ecclesia B. M. V. ARCHIPRESBYTERALI in Circulo Cracoviensi, Magno Omnium dolore persolverentur:

A

M. ALBERTO JOSEPHO GOSZKOWSKI,

Philosophiæ DOCTORE, Scholæ Grammatices Professore, necnon Scholæ B. M. V. in Circulo Crac: Seniore.

Sanis eruditione Mentibus ad trutinam

PORRECTUM.

Annô, quô Supremus Medicus recepit carnem humanam, propter salutem nostram. 1721. Die 30. Maij.

CRACOVIÆ Typis UNIVERSITATIS.

REMEDIVM
Ad Æternam Salutem,
à Fatis
PRÆSCRIPTVM.
Adeste! Adeste!
Sagaciores Æsculapij.
Sanate Fatorum insaniam.
Quis furor illorum? quæ tanta dementia?
Vestræ Facultati Medicæ palmam præripiunt,
dum palam artem medicam exercent imperitè:
imperfecti Medici, perfecti fiunt homicidæ.
Dant remedia sanis, ut de medio viventium tollant infirmos.
Saluberrimo hoc Maij tempore, majores inducunt morbos;
ut habeant, quos curent ad mortem.
Reflorescente Vere, virentem porrigunt herbam,
Sub qua,
Angue pejor, latet virulentia mortis.
O pessima Fatorum Medicamenta!
Itane licet, impia, sub dulci melle, venena propinare:
ut per venas mors propiùs accedat?
Itane Libitina ferox,
quæ ligneô in mundum telô irrepserat,
Nunc arterias vitales crudeli incidit ferrô?
balneas mortiferas manente cruore parat:
Sudores elicit de corpore languido,
Spiritus suffocando.
O feralem Maij ferijs Medicinam!
O Antidotum satis exitiosum!
Sed absit, sanioribus animis, hæc parùm sana opinio.
Non omnibus nocet,
quidquid habet Circe, quidquid Medea veneni.
Parcunt sanis mentibus Parcæ; insanis minimè.

Colunt

Colunt virtutis cultorem;
Virus, si quod habent,
Viro Sapienti Majus est.
Mors tantùm malis pessima:
Mala non potest esse bonis, videri potest.
Integer vitæ scelerisq; purus,
Venenosis Fatorum medicamentis purgari non indiget.
& si sumit toxicum mortis;
qui novit mederi alijs,
medelam recipit melioris vitæ;
quia æternæ.

Talem Tu Recipe,
Clarissime olim Nobilis ac Spectabilis Domine,
D. M. JOANNES
SŁOWAKOWICZ,
Philosophiæ & Medicinæ DOCTOR & Professor, CONSUL Cracov:
S. R. M.
Secretarie.
Imò,
jam recepisti;
Ut vitam præservares in æternum;
Semper sanus animô & conscientiâ in terris.
Naturale alijs,
Mortem cum lacte sugere,
Tibi non item;
Ut potè,
qui Parentibus Arti Phæbeæ intentis, procreatus:
quidquid traxisti, saluberrimum,
quidquid suxisti, non virulentum;
Sed virtuosum & Phæbô dignum.
Vix primam aspexisti lucem,
Tuâ præclarâ Lucinâ
Princeps Urbium Lechiæ Cracovia

nimiùm contenta;
quòd Te suis contineret mænibûs.
Jam Te voluit tergeminîs eminere Turribûs,
ut ostenderet Orbi magnum Pusionem.
Magnîs Parentibûs natum;
Sed Tu
Puer ab ubere pendulus, ad Matrem
Almam Universitatem Cracoviensem
Cucurristi JOANNES;
ut haberent Musæ, cum quo luderent.
Mox,
in ludo literario,
virtuosum illius per gradus Scholasticos,
Videntes saltum, Mirantur Musæ:
Quis putas Puer iste erit?
quô Sapientior, eò sanior.
lacte scientiarum enutritus, candidior.
Optimè informatus, formosior;
parvis imbutus, grandior
evasit:
quô vix quispiam surrexerit Major.
Tantam magnitudinem ejus metiri debuerat lauru
Pallas Academica, laureas conferendo.
Et benè:
Feriunt summos fulmina montes;
Sub lauru JOANNES tutior.
Sanitas optima, suspecta:
præservari debet.
Sicq; Laureatus,
Audacior in arena Philosophica.
fortior contra argumentorum tela,
promptior ad Cathedram,
liberior ad Libros,
nunquam in vinculis.

Pa-

Patrios excessit limites;
Ut Major appareret, Majorem Poloniam petijt;
Sub Arbore Lubransciana expositurus,
quidquid acquisiverat sub Lauru.
Iam hîc virtualem Hippocratem egit
contra ignorantiæ morbos,
Laboriosissimus Professor,
Parvis Tironibus omne sanum, quodvis honestum,
præscribendo, porrigendo.
O quot robustos fecit Alcidas,
ad domandas Patriæ Hydras!
debilia curando ingenia.
O quot Spirituales Medicos suâ produxit arte!
Spiritus boni odoris sufflando.
Novit Posna, magni ingenij Virum,
Sensit roseum Hortensium,
Vidit floridum Oratorem.
Quidquid dixit pro Divorum laudibus,
mirè confectum fuit.
Inter erudita jurgia, & conflictus,
Divina Vox Clamantis.
Tantæ famæ vocalior Echo, Cracijs repercussa Turribus,
traxit IOANNEM in Patrios Lares.
Latere eum noluit, quem semper eminere scivit
Dulce natale solum,
Mente eruditâ saniorem videns, elegit Seniorem.
Scholæ B. M. V. in Circulo Cracoviẽsi.
Ubi,
Vertigines Capitis,
Si quæ ex vitiosis proveniebant circulis;
uti Doctoris Medicinæ Filius,
facilè curavit.
Hircum olentes, aut pessimis tumentes humoribus;

acrioribus sanavit remedijs.

Ipse,

Ut aptior tanto muneri redderetur,
Pietate, modestiâ, morum comitate,
Sapientiâ, alijsq; virtutibus,
Simul cum lacte receptis, excellebat.

Otium,

quod vitia parit, fugans & fugiens,
negotijs incumbebat honestis.
Disertus Orator, nulla, in Vrbe Cracia deseruit Rostra,
quæ Hyblæâ, non replevisset oris facundiâ.

Angelicus DOCTOR D. THOMAS,
quidquid de Ipso, ad Ædes SS. TRINITATIS
facundo protulit ore,
Benè testatur.

Vestigijs currens,
Carissimi Progenitoris Sui,
Clarissimi olim, Spectabilis ac Consultissimi Domini,

D. M. STANISLAI
SŁOWAKOWICZ,

In Alma Vniversitate Cracoviensi Philosophiæ & Medicinæ DOCTORIS, necnon ejusdem Actualis ac Matheseôs Professoris,
Equitis Aurati, CONSVLIS Cracoviensis
Emeritissimi:

Dum

Symptomata animi optimè curare novit,
Sanandis corporibus operam dedit.
Excurrit ad exoticas oras,
jucundis obtutibus sese eripuit:
ab alieno Sole non illustrari cupiens,
Sed nativo splendore admirationem,
ut pareret Gentibus.

Venit

Venit Romam, vidit Latium, & inclinavit
erudito Capiti suo Doctoralem Laurum.
Exultarûnt Gentes & ingentes dederunt plausus,
admiratæ JOANNIS magnitudinem,
Scientiæ Doctoralis soliditatem.
Sed Patria mæsta
Summô tædiô expectavit caram progeniem.
Cujus memor Filius,
reliquit excelsæ specimina mentis,
magnæ vestigia famæ,
in alieno Solo.
Solus Redux,
Romanas delicias reduxit in Patriam,
Ut etiam indè Cracovia diceretur altera Roma.
Unicum delicium factus Urbis & populi,
Omnium corda devicit, & animos.
Tantæ in eo Virtutum exundabant gratiæ,
ut ad ejus Sinum velut ad portum,
Securus omnium adnavigaret amor.
Cunctis desiderabilis,
quia candidus & rubicundus.
scilicet
Tot Majorum Suorum Sanguine clarus,
Tot amplissimis & vetustissimis decorus Prosapijs,
Nobilium ac Spectabilium,
DOMZAŁOVIORVM, ATTEMAIERORVM, BELLORVM,
KROLIKORVM, BRYGANTORVM, KOCZANKIE-
VICIORVM,
Ut vinculis amicitiæ arctiùs stringeretur
IOANNES,
Illum ad connubialia fœdera traxit,
Nobilis ac Generosus Dominus,
ANTONIUS STANISLAVS
WĘGRZYNOWICZ,
S. R. M. Secretarius, &c.

B2 Vir

ir cordibus Primorũ Regni Procerũ addictissimus;
Et cùm sit,
Virtus unita fortior:
Senatus Cracoviensis dilexit Virum,
amoris fœdere junctum, & unctum oleô
Sapientiæ.
Admotus Consularibus Fascibus, fastis æternitatis
digna egit negotia.
In providendo bono publico, centoculus Argus.
In Virorum Consularium Areopago, Sapientissimus Consus.
Legum Custos, alter Licurgus.
In judicijs æquissimus Aristides.
Saluti publicæ intentus,
Cùm suæ vitæ discrimine curabat Patriæ integritatem.
Ad Generalia Regni Palatinatûsq; Comitia, multoties
Legatus missus.
Continuus pro Legibus Patrijs, Orator.
Dum loqueretur,
Magni Proceres Summiq; Magnates,
In labiorum motu, verborum pondus;
in Vultu, explicatos mentis sensus;
in affectu, raptum affectuum;
In verbis Oraculorum evolutionem mirabantur.
Verus Æsculapius,
qui & Patriæ convulsiones,
& corporum morbos, scivit sedare.
Infirmos visitavit, consiliô juvit
maximè egenos, & eruditæ Minervæ alumnos,
Mercedem à Domino recepturus.
Curavit & animarum salutem,
Contra Scorpios conscientiam rodentes,
Rosis confecta an Rosarijs
præscribendo medicamenta:
Prior factus Confraternitatis SS. ROSARIJ.
Contra morsus detractorum alienæ famæ,
efficax remedium in Libello Functionum Confraternitatis
Lite-

Literatorum; componendo,
luci publicæ extradendo,
B. NEPOMVCENO conſecrando.
Tantis Virtutibus, veluti medicinalibus herbis,
Magnorum Sarmatiæ noſtræ Principum,
Religioſarum Familiarum,
Patrum Almæ Vniverſitatis Cracovien: animos & pectora traxit.
Adhæſit illius cordi,
Magnificus Perilluſtris & Admodùm Reverendus Dominus,
D. M. MARTINUS
WALESZYNSKI,
Sacræ Th: DOCTOR & Profeſſor, Collega Major, Eccleſiarum Collegiatarum; S. FLORIANI Clepardiæ ad Cracov: CANONICUS, Scarbimirienſis & S. MICHAELIS in Arce Cracovienſi Cuſtos, Montis S. GEORGIJ in Scepuſio Præpoſitus, Scholarum Novodvorſcianarum & Contubernij Hieroſolimitani PROVISOR, Studij Almæ Univerſitatis Crac: Generalis ac Vigilantiſſimus
RECTOR.
Ingeniorum admiratio, doctarum pellucida mentium pupilla;
cum quo jucunda duxit vitæ momenta.
Dimidium animæ ſuæ adamavit,
Perilluſtris Clariſſimus & Admodùm Reverendus Dominus,
M. JACOBUS ADALBERTVS
SARNECKI,
S. Theologiæ PROFESSOR Zielonecenſis, Collega Major, Eccleſiæ Collegiatæ S. ANNÆ Crac: DECANUS, in Beſtwina CURATUS, Contubernij Philoſophorum PROVISOR, S. R. M. S.
Toto vitæ curriculo in laboribus Academicis levamen
& ſolatium ex ſuperſtite capiens amico.
Hæc inter gaudia miſcetur luctus.
Ah non!
erubuit tantum perdere parca decus.
Vivit tamen!
Tempori eripitur, ut ſervetur æternitati.
Bibit modicùm de fonte mortis,

C de

de torrente vitæ bibiturus amplius.
Salutare toxicum sumpsit in Majo,
Vivet Semper.
Vivet in pectore, quamvis mæstissimo
Alexandræ, Dilectissimæ Conjugis suæ.
Vivet in felici sui parte, in Inclyta Prole,
FILIIS & FILIABVS.
Vivet in Te, & stabit laus ejus,
Perillustris & Admodùm Reverende Domine,
D. M. STANISLAE SŁOWAKOWICZ,
Philosophiæ DOCTOR Mogilnensis CURATE, DECANE Bobòviensis,
Viva Imago Dilectissimi Fratris Tui,
cui vivus germano sanguine junctus,
disjungi etiam post fata non vult,
ultimæ voluntatis suæ Te Præstitem eligendo.
Excellet in Tuo corde fatorum invidiâ depressus IOANNES,
Excellens Domine,
D. ALBERTE KRZYŻANSKI,
Juris Utriusq; Licentiate, Cancellariæ Consistorij Generalis Cracoviensis, Regens Dignissime,
qui coram Te vivens Magnus erat, & jure naturali
talem in tua Carissima Conjuge repræsentabis.
Non trades oblivioni animam ejus,
Illustris & Admodùm Reverende Domine,
D. ANTONI CHRISOSTHOME
ŁAPCZYNSKI,
CANONICE Smolescensis, PRÆPOSITE Hospitalis S. STEPHANI, Ecclesiæ Collegiatæ S. FLORIANI ad Crac: Clepardiæ Concionator Ordinarie,
in cujus manibus vitam finiens, totum se &
Spiritum DEO commendavit,
Sed dabis ei & precaberis,
uti ego precor vitæ
æternæ
REMEDIUM.



Lect. 1. Noct. de ...
fer. *Duæ Miss.* C. ...
com. præc. & fer.

M A J U S.

17 Sabb: Monicæ Vid. &c. Vesp. de sequ. com. Domin. & præced.

18 Domin. 5. post Pasch. Erici Reg. Mart. dupl. 9. lect. & com. Domin. CR. Credo dic. Vesp. Cap. de sequ. com. præc. item Domin. & S. ... ent. Virg.

J U N I U S.

19 v. Octava SS. Corporis Chr. In Vesp. com. sequ. & S. Silverij P. M.

20 vj. Æschili Ep. Mart. dupl. (*fuit 12. huius*) 9. lect. & com. S. Mart. CR. In Vesp. com. sequ.

21 Sabb. Ubaldi Ep. Conf. semid. (*fuit 16. Maij*) ℣. *in hym mut.* CA. Vesp. *ut in ordinar.*

22 Domin. 3. Dedicat. &c. In Vesp. com. Domin. & sequ.

23 ij. *Extra Crac. Vigilia*, Venantij Mart. semid. (*fuit 18. Maij*) 9. lect. & com. Vigil. *Duæ Miss.* CR. & Viol. Vesp. de sequ. *sine comm.*

J U L I U S.

6 Domin. 5. in. 5. post Pent. Octava SS. Apost. In Vesp. com. ... com. Dom. & sequ.

7 ij. ... *Crac.* Vena. Venantij Mart. semid. (*fuit 18. Maij*) CR. Vesp. à Cap. à Cap. de sequ. com. præc. *Extra Crac.* Mariæ Mariæ Magd. de Paz. Virg. semid. (*fuit 25. Maij.*) CA. CA. Vesp. *ut supra.*

iv. *Crac.* Mariæ Magiæ M. gd. de Paz. Virg. semid. ... 25. Maij.) ... CA. Vesp. ... Cap. ...

20 SS. Mart... ... Mar...